GODEFRIDUS ADMONTENSIS
Admont, 2. Hälfte 12. Jh.
Seite 31v
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25968
Copyright: Admont, Benediktinerstift

putamus pietatis magnitudine. hic et in futuro illis adeat. q̄
non una nocte sed etiamsi diebus ac noctibus vigilare et laborare
in eis studeant laudibus. Unde quinta beatitudo. quia misericors dns misericordibus repromittit dicens. beati misericordes.
quo ipsi misericordiam consequantur. quinte huic dnice in memoriam inscribit. Hinc PETRUS in lectione hodierna idem
qd et euangelium commemorat commendat dicens. Omnis unanimes
in oratione estote. fratres amatores compatientes misericordes. Nunc de die quinta ut cepimus dicamus. Dixit quinta
die ds. Producant aque reptile anime viventis. et volatile
super terram sub firmamento celi. creavitq; ds cete grandia. et
omnem animam viventem atq; motabile quam produxerant aque
in species suas. et omne volatile secundum genus suum. Et vidit
ds qd esset bonum. benedixitq; eis dicens. Crescite et multiplicamini. et replete aquas maris. avesq; multiplicentur super terram.
Et factum est vespe et mane. dies quintus. In aquis istis que p
ducunt reptile anime viventis. compunctionis gratia potest
designari. nam quando homo primum peccata sua deo misericorde
cepit recognoscere. et ita dico recognoscere. qd est eam deflere et lugere ea coram dno potest. illud est quodam aquas pducere reptile anime viventis. illud est qd hodiernum euangelium
dicit turbas intrare in ibm. Et bene aque iste pducunt
reptile anime viventis. dnima enim moriens est homo. quando
peccatis delectatur. in peccatis conversatur. a peccatis autem do adiuvante conversus. fit vera anima viventis. ut bene de eo dici valeat. qd alibi legitur. et factus est homo in animam viventem. factus autem in animam viventem. videt iam et sollicite esi
dent. in quib peccatis et vitiis diu repebat. et p hec fit
volatile super terram sub firmamento celi. Per reptile possumus intelligere peccata. per volatile bona opa. Volatile fit homo.